



Fasti Mariani

Brunner, Andreas

Antverpiæ, M.D.C XXX III.

S. Modestvs Ep. 18. Decembris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](#)

E.C.
abru.
ger-
n &
ctus
ona-
is la-
cute-
ntra-
n &
est,
puto
n in-
m sic
dæos
gnus
alte-
stul-
licere
uper
en in
se or-
LA-
Itaq;
sti &
que &
tem-
gitur,
iam-
RVM
oxios
iæc &
christo
cre-

18.DEC. *Vite Sanctorum.* 689
crediderunt. Tum demum amoribus
suis in silvis Magdalena vacavit, Mar-
tha sanctis virginibus, LAZARVS ci-
vibus Antistites præfuerunt. Dubium
ergo est LAZARVS ne invenerit illuc
portum, an ostenderit Gallis? certè
absque LAZARO fuisset, naufragium
in portu Massilienses fecissent. *Ex hist.*
Evang. & Brev. Rom.

8. MODESTVS EP. 18. Decembris.

NObiliores nemo MODESTO ha-
buit cunas. Rogas quales? carceres
fuere, in quos ad captivum patrem vix
natum mater asportavit, docuitque à
teneris martyrem esse. Quinto à partu
mense inter preces uterq; parens inibi
animam Deo reddidit, opulentam filio
hereditatem vincula post se relinquens.
At hanc invidens Maximianus Imp.
educendum viro Senatorii Ordinis tra-
didit. Sperabat hic patris nomen; sed
cùm primum MODESTVS per ætatem
intelligere cunabula sua potuit, doluit
scilicet vel inscius se à parentum ve-
stigiis deflexisse; & degenerem tam-
diu se putavit, quo usque fugâ Athenas
delatus Christianis se junxit. Hic dum
sacro lustratur fonte, radiantem igni-
bus columnam in caput pueri descen-
dere Episcopus vidit. Cùm deinde è ci-
ve genium malum, è sorore verò Heri
sui morbum depulisset, heredem hic

Xx 5 MO-

690 Vita Sanctorum. 19. DEC.

20. D.
Mar
mitu
rum
In fi
agni
Vtie
frue
fatis
vixi
igit
imp
cti
ner
elle
tem
tic
den
& a
rat
jug
est
Ecc
tur
hat
G
lib
ha
SS

MODESTVM cum cæteris liberis suis scripsit. At isti, quod potius accederet aliquid ad hereditatem, quam deceperet, Aegyptio homini & à sacris nostris alieno adolescentem vendiderunt. Septem annos cum servisset, è servitute Deorum tandem etiam Dominum eripuit, & libertus Solymas abiit. Ibi demum ad Patriarchatus dignitatem elevatus, cum veneno infectum fontem purgasset, fontisq; incolam serpentem neci, cacodæmonem sub cane latrante fugax dedisset, hospitioque, qui in servitutem illum dederant, coheredes illos suos peramanter excepisset, dignam Natalibus suis mortem obiit. Sed amissit Ecclesia, vel cælo teste, tunc columnam suam. Imò non amisisit; transstulit eò, ubi ipsa sese ædificat. Ex Menae.

S. MEGENGAVDIUS C.

19. Decembri.

Illa demum vera nobilitas est, non pauciores virtutes, quam ceras quæ potest numerare. Potuit MEGENGOR Geldriæ Comes, idemque fortissimus militum Dux, & hoc nomine Imperatori Ottoni III. cum primis charis. E conjugé Gerbirge Zirtphaniensi item Comite cum filias IV. filium sustulisset unicum, hunc ipsum in primo atatis flore, bello Bohemico amisit. Quid expectas? scilicet lacrimas vel armato Martii